

## **“Storia della Filosofia Medievale”**

**A. A. 2009/2010 – I semestre  
Corso di Laurea in “Filosofia”**

**Palermo – 9, 11, 16 Novembre 2009**

**Dott. Fabio Cusimano**

### **La Regola di San Benedetto da Norcia**

Nelle pagine seguenti forniamo l’elenco dei 73 capitoli di cui è composta la Regola di S. Benedetto, nella versione originale in latino con testo a fronte in italiano; questo per facilitare la comprensione dell’importanza che la Regola ha avuto (e che ancora ha ai giorni nostri) nella vita monastica.

La Regola è un testo molto articolato, e comprende tanti capitoli, ognuno dedicato ad un tema preciso: dalla lettura dei titoli si riuscirà ad avere una visione d’insieme della complessità e della vastità delle tematiche affrontate.

## ***Regula Sancti Benedicti*      **Regola di S. Benedetto****

### ***Capitula Regulae***

#### ***Prologus***

***I - De generibus monachorum***

***II - Qualis debeat esse abbas***

***III - De adhibendis ad consilium fratribus***

***IV - Quae sunt instrumenta bonorum operum***

***V - De oboedientia***

***VI - De taciturnitate***

***VII - De humilitate***

***VIII - De officiis divinis in noctibus***

***IX - Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis***

***X - Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus***

***XI - Qualiter diebus dominicis vigiliae agantur***

***XII - Quomodo matutinorum sollemnitas agatur***

***XIII - Privatis diebus qualiter agantur matutini***

***XIV - In nataliciis Sanctorum qualiter agantur vigiliae***

***XV - Alleluia quibus temporibus dicatur***

***XVI - Qualiter divina Opera per diem agantur***

***XVII - Quot psalmi per easdem horas canendi sunt***

***XVIII - Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt***

### **Indice dei capitoli**

#### **Prologo**

**I - Le varie categorie di monaci**

**II - L’Abate**

**III - La consultazione della comunità**

**IV - Gli strumenti delle buone opere**

**V - L’obbedienza**

**VI - L’amore del silenzio**

**VII - L’umiltà**

**VIII - L’Ufficio divino nella notte**

**IX - I salmi dell’Ufficio notturno**

**X - L’Ufficio notturno dell’estate**

**XI - L’Ufficio notturno nelle Domeniche**

**XII - Le lodi**

**XIII - Le lodi nei giorni feriali**

**XIV - L’Ufficio vigilare nelle feste dei Santi**

**XV - Quando si deve dire l’Alleluia**

**XVI - La celebrazione delle ore del giorno**

**XVII - Salmi delle ore del giorno**

**XVIII - L’ordine dei salmi nelle ore del giorno**

**“Storia della Filosofia Medievale”**

**A. A. 2009/2010 – I semestre**

**Corso di Laurea in “Filosofia”**

<i>XIX - De disciplina psallendi</i>	<b>XIX - La partecipazione interiore all’Ufficio divino</b>
<i>XX - De reverentia orationis</i>	<b>XX - La riverenza nella preghiera</b>
<i>XXI - De decanis monasterii</i>	<b>XXI - I decani del monastero</b>
<i>XXII - Quomodo dormiant monachi</i>	<b>XXII - Il dormitorio dei monaci</b>
<i>XXIII - De excommunicatione culparum</i>	<b>XXIII - La scomunica per le colpe</b>
<i>XXIV - Qualis debet esse modus excommunicationis</i>	<b>XXIV - La misura della scomunica</b>
<i>XXV - De gravioribus culpis</i>	<b>XXV - Le colpe più gravi</b>
<i>XXVI - De his qui sine iussione iungunt se excommunicatis</i>	<b>XXVI - Rapporti dei confratelli con gli scomunicati</b>
<i>XXVII - Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa excommunicatos</i>	<b>XXVII - La sollecitudine dell’abate per gli scomunicati</b>
<i>XXVIII - De his qui saepius correpti emendare noluerint</i>	<b>XXVIII - La procedura nei confronti degli ostinati</b>
<i>XXIX - Si debeant fratres exeuntes de monasterio iterum recipi</i>	<b>XXIX - La riammissione dei fratelli che hanno lasciato il monastero</b>
<i>XXX - De pueris minori aetate, qualiter corripiantur</i>	<b>XXX - La correzione dei ragazzi</b>
<i>XXXI - De cellarario monasterii, qualis sit</i>	<b>XXXI - Il cellarario del monastero</b>
<i>XXXII - De ferramentis vel rebus monasterii</i>	<b>XXXII - Gli arnesi e gli oggetti del monastero</b>
<i>XXXIII - Si quid debeant monachi proprium habere</i>	<b>XXXIII - Il “vizio” della proprietà</b>
<i>XXXIV - Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere</i>	<b>XXXIV - La distribuzione del necessario</b>
<i>XXXV - De septimanariis coquinae</i>	<b>XXXV - Il servizio della cucina</b>
<i>XXXVI - De infirmis fratribus</i>	<b>XXXVI - I fratelli infermi</b>
<i>XXXVII - De senibus vel infantibus</i>	<b>XXXVII - I vecchi e i ragazzi</b>
<i>XXXVIII - De hebdomadario lectore</i>	<b>XXXVIII - La lettura in refettorio</b>
<i>XXXIX - De mensura cibis</i>	<b>XXXIX - La misura del cibo</b>
<i>XL - De mensura potus</i>	<b>XL - La misura del vino</b>
<i>XLI - Quibus horis oportet reficere fratres</i>	<b>XLI - L’orario dei pasti</b>
<i>XLII - Ut post completorium nemo loquatur</i>	<b>XLII - Il silenzio dopo compieta</b>
<i>XLIII - De his qui ad Opus Dei vel ad mensam tarde occurrunt</i>	<b>XLIII - La puntualità nell’Ufficio divino e in refettorio</b>
<i>XLIV - De his qui excommunicantur, quomodo satisfaciant</i>	<b>XLIV - La riparazione degli scomunicati</b>
<i>XLV - De his qui falluntur in oratorio</i>	<b>XLV - La riparazione per gli errori commessi in coro</b>
<i>XLVI - De his qui in aliis quibuslibet rebus delinquant</i>	<b>XLVI - La riparazione per le altre mancanze</b>
<i>XLVII - De significanda hora Operis Dei</i>	<b>XLVII - Il segnale per l’Ufficio divino</b>

**“Storia della Filosofia Medievale”**

**A. A. 2009/2010 – I semestre**

**Corso di Laurea in “Filosofia”**

<i>XLVIII - De opera manuum cotidiana</i>	<b>XLVIII - Il lavoro quotidiano</b>
<i>XLIX - De Quadragesimae observatione</i>	<b>XLIX - La Quaresima dei monaci</b>
<i>L - De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via sunt</i>	<b>L - I monaci che lavorano lontano o sono in viaggio</b>
<i>LI - De fratribus qui non longe satis proficiscuntur</i>	<b>LI - I monaci che si recano nelle vicinanze</b>
<i>LII - De oratorio monasterii</i>	<b>LII - La chiesa del monastero</b>
<i>LIII - De hospitibus suscipiendis</i>	<b>LIII - L'accoglienza degli ospiti</b>
<i>LIV - Si debeat monachus litteras vel aliquid suscipere</i>	<b>LIV - La distribuzione delle lettere e dei regali destinati ai singoli monaci</b>
<i>LV - De vestiario vel calciario fratrum</i>	<b>LV - Gli abiti e le calzature dei monaci</b>
<i>LVI - De mensa abbatis</i>	<b>LVI - La mensa dell'abate</b>
<i>LVII - De artificibus monasterii</i>	<b>LVII - I monaci che praticano un'arte o un mestiere</b>
<i>LVIII - De disciplina suscipiendorum fratrum</i>	<b>LVIII - Norme per l'accettazione dei fratelli</b>
<i>LIX - De filiis nobilium aut pauperum qui offeruntur</i>	<b>LIX - I piccoli oblati</b>
<i>LX - De sacerdotibus qui forte voluerint in monasterio habitare</i>	<b>LX - I sacerdoti aspiranti alla vita monastica</b>
<i>LXI - De monachis peregrinis, qualiter suscipiantur</i>	<b>LXI - L'accoglienza dei monaci forestieri</b>
<i>LXII - De sacerdotibus monasterii</i>	<b>LXII - I sacerdoti del monastero</b>
<i>LXIII - De ordine congregationis</i>	<b>LXIII - L'ordine della comunità</b>
<i>LXIV - De ordinando abbate</i>	<b>LXIV - L'elezione dell'abate</b>
<i>LXV - De praeposito monasterii</i>	<b>LXV - Il priore del monastero</b>
<i>LXVI - De ostiariis monasterii</i>	<b>LXVI - I portinai del monastero</b>
<i>LXVII - De fratribus in viam directis</i>	<b>LXVII - I monaci mandati in viaggio</b>
<i>LXVIII - Si fratri impossibilia iniungantur</i>	<b>LXVIII - Le obbedienze impossibili</b>
<i>LXIX - Ut in monasterio non praesumat alter alterum defendere</i>	<b>LXIX - Divieto di arrogarsi le difese dei confratelli</b>
<i>LXX - Ut non praesumat passim aliquis caedere</i>	<b>LXX - Divieto di arrogarsi la riprensione dei confratelli</b>
<i>LXXI - Ut oboedientes sibi sint invicem</i>	<b>LXXI - L'obbedienza fraterna</b>
<i>LXXII - De zelo bono quod debent monachi habere</i>	<b>LXXII - Il buon zelo dei monaci</b>
<i>LXXIII - De hoc quod non omnis iustitiae observatio in hac sit regula constituta</i>	<b>LXXIII - La modesta portata di questa regola</b>

## “Storia della Filosofia Medievale”

A. A. 2009/2010 – I semestre

Corso di Laurea in “Filosofia”

Dopo aver esaminato l’elenco dei capitoli, presentiamo adesso il testo del Prologo, posto a presentazione della Regola.

### Prologus

1. *Obsculta, o fili, praecepta magistri, et inclina aurem cordis tui, et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple,*
2. *ut ad eum per oboedientiae laborem redeas, a quo per inoboedientiae desidiam recesseras.*
3. *Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus, Domino Christo vero regi militaturus, oboedientiae fortissima atque praeclara arma sumis.*
4. *In primis, ut quicquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas,*
5. *ut qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare non debet aliquando de malis actibus nostris contristari.*
6. *Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est ut non solum iratus pater suos non aliquando filios exheredet,*
7. *sed nec, ut metuendus dominus irritatus a malis nostris, ut nequissimos servos perpetuam tradat ad poenam qui eum sequi noluerint ad gloriam.*
8. *Exurgamus ergo tandem aliquando excitante nos scriptura ac dicente: Hora est iam nos de somno surgere,*
9. *et apertis oculis nostris ad deificum lumen, attonitis auribus audiamus divina cotidie clamans quid nos admonet vox dicens:*
10. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*
11. *Et iterum: Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis.*
12. *Et quid dicit? Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos*
13. *Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant.*
14. *Et quaerens Dominus in multitudine populi cui haec clamat operarium suum, iterum dicit:*
15. *Quis est homo qui vult vitam et cupit videre dies bonos?*

### Prologo

1. Ascolta, figlio mio, gli insegnamenti del maestro e apri docilmente il tuo cuore; accogli volentieri i consigli ispirati dal suo amore paterno e mettili in pratica con impegno.
2. in modo che tu possa tornare attraverso la solerzia dell’obbedienza a Colui dal quale ti sei allontanato per l’ignavia della disobbedienza.
3. Io mi rivolgo personalmente a te, chiunque tu sia, che, avendo deciso di rinunciare alla volontà propria, impugni le fortissime e valorose armi dell’obbedienza per militare sotto il vero re, Cristo Signore.
4. Prima di tutto chiedi a Dio con costante e intensa preghiera di portare a termine quanto di buono ti proponi di compiere,
5. affinché, dopo averci misericordiosamente accolto tra i suoi figli, egli non debba un giorno adirarsi per la nostra indegna condotta.
6. Bisogna dunque servirsi delle grazie che ci concede per obbedirgli a ogni istante con tanta fedeltà da evitare, non solo che egli giunga a diseredare i suoi figli come un padre sdegnato,
7. ma anche che, come un sovrano tremendo, irritato dalle nostre colpe, ci condanni alla pena eterna quali servi infedeli che non lo hanno voluto seguire nella gloria.
8. Alziamoci, dunque, una buona volta, dietro l’incitamento della Scrittura che esclama: “E’ ora di scuotersi dal sonno!”
9. e aprendo gli occhi a quella luce divina ascoltiamo con trepidazione ciò che ci ripete ogni giorno la voce ammonitrice di Dio:
10. “ Se oggi udrete la sua voce, non indurite il vostro cuore!”
11. e ancora: “ Chi ha orecchie per intendere, ascolti ciò che lo Spirito dice alle Chiese!”.
12. E che dice? “ Venite, figli, ascoltate, vi insegnerò il timore di Dio.

## “Storia della Filosofia Medievale”

A. A. 2009/2010 – I semestre

Corso di Laurea in “Filosofia”

16. *Quod si tu audiens respondeas: Ego, dicit tibi Deus:*
17. *Si vis habere veram et perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum; deverte a malo et fac bonum, inquire pacem et sequere eam.*
18. *Et cum haec feceritis, oculi mei super vos et aures meas ad preces vestras, et antequam me invocetis dicam vobis: Ecce adsum.*
19. *Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi?*
20. *Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitae.*
21. *Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris, per ducatum evangelii pergamus itinera eius, ut mereamur eum qui nos vocavit in regnum suum videre.*
22. *In cuius regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curritur, minime pervenitur.*
23. *Sed interrogemus cum propheta Dominum dicentes ei: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?*
24. *Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi,*
25. *dicens: Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam;*
26. *qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua;*
27. *qui non fecit proximo suo malum, qui opprobrium non accepit adversus proximum suum;*
28. *qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi, cum ipsa suasionem sua a conspectibus cordis sui respiciens, deduxit ad nihilum, et parvulos cogitatos eius tenuit et allisit ad Christum;*
29. *qui, timentes Dominum, de bona observantia sua non se reddunt elatos, sed ipsa in se bona non a se posse sed a Domino fieri existimantes,*
30. *operantem in se Dominum magnificent, illud cum propheta dicentes: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam;*
31. *sicut nec Paulus apostolus de praedicatione sua sibi aliquid imputavit, dicens: Gratia Dei*
13. Correte, finché avete la luce della vita, perché non vi colgano le tenebre della morte”.
14. Quando poi il Signore cerca il suo operaio tra la folla, insiste dicendo:
15. “Chi è l’uomo che vuole la vita e arde dal desiderio di vedere giorni felici?”.
16. Se a queste parole tu risponderai: “Io!”, Dio replicherà:
17. “Se vuoi avere la vita, quella vera ed eterna, guarda la tua lingua dal male e le tue labbra dalla menzogna. Allontanati dall’iniquità, opera il bene, cerca la pace e seguila”.
18. Se agirete così rivolgerò i miei occhi verso di voi e le mie orecchie ascolteranno le vostre preghiere, anzi, prima ancora che mi invochiate vi dirò: “Ecco sono qui!”.
19. Fratelli carissimi, che può esserci di più dolce per noi di questa voce del Signore che ci chiama?
20. Guardate come nella sua misericordiosa bontà ci indica la via della vita!
21. Armati dunque di fede e di opere buone, sotto la guida del Vangelo, incamminiamoci per le sue vie in modo da meritare la visione di lui, che ci ha chiamati nel suo regno.
22. Se, però, vogliamo trovare dimora sotto la sua tenda, ossia nel suo regno, ricordiamoci che è impossibile arrivarci senza correre verso la meta, operando il bene.
23. Ma interroghiamo il Signore, dicendogli con le parole del profeta: “Signore, chi abiterà nella tua tenda e chi dimorerà sul tuo monte santo?”.
24. E dopo questa domanda, fratelli, ascoltiamo la risposta con cui il Signore ci indica la via che porta a quella tenda:
25. “Chi cammina senza macchia e opera la giustizia;
26. chi pronuncia la verità in cuor suo e non ha tramato inganni con la sua lingua;
27. chi non ha recato danni al prossimo, né ha accolto l’ingiuria lanciata contro di lui”;
28. chi ha sgominato il diavolo, che malignamente cercava di sedurlo con le sue suggestioni, respingendolo dall’intimo del proprio cuore e ha impugnato coraggiosamente le sue insinuazioni per spezzarle su Cristo al loro primo sorgere;

## “Storia della Filosofia Medievale”

A. A. 2009/2010 – I semestre

Corso di Laurea in “Filosofia”

- sum id quod sum;*
32. *et iterum ipse dicit: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*
33. *Unde et Dominus in evangelio ait: Qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram;*
34. *venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit, quia fundata erat super petram.*
35. *Haec complens Dominus expectat nos cotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere.*
36. *Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitae dies ad indutias relaxantur,*
37. *dicente Apostolo: An nescis quia patientia Dei ad paenitentiam te adducit?*
38. *Nam pius Dominus dicit: Nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat.*
39. *Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum, sed si compleamus habitatoris officium.*
40. *Ergo praeparanda sunt corda nostra et corpora sanctae praeceptorum oboedientiae militanda,*
41. *et quod minus habet in nos natura possibile, rogemus Dominum ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare.*
42. *Et si, fugientes gehennae poenas, ad vitam volumus pervenire perpetuam,*
43. *dum adhuc vacat et in hoc corpore sumus et haec omnia per hanc lucis vitam vacat implere,*
44. *currendum et agendum est modo quod in perpetuo nobis expediat.*
45. *Constituenda est ergo nobis dominici schola servitii.*
46. *In qua institutione nihil asperum, nihil grave, nos constituturos speramus;*
47. *sed et si quid paululum restrictius, dictante aequitatis ratione, propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit,*
48. *non ilico pavore perterritus refugias viam salutis quae non est nisi angusto initio incipienda.*
49. *Processu vero conversationis et fidei, dilatato*
29. gli uomini timorati di Dio, che non si insuperbiscono per la propria buona condotta e, pensando invece che quanto di bene c'è in essi non è opera loro, ma di Dio,
30. lo esaltano proclamando col profeta: “Non a noi, Signore, non a noi, ma al tuo nome dà gloria!”.
31. Come fece l’apostolo Paolo, che non si attribuì alcun merito della sua predicazione, ma disse:” Per grazia di Dio sono quel che sono”
32. e ancora: “chi vuole gloriarsi, si glori nel Signore”.
33. Perciò il Signore stesso dichiara nel Vangelo: “Chi ascolta da me queste parole e le mette in pratica, sarà simile a un uomo saggio il quale edificò la sua casa sulla roccia.
34. E vennero le inondazioni e soffiarono i venti e si abatterono su quella casa, ma essa non cadde, perché era fondata sulla roccia”.
35. Dopo aver concluso con queste parole il Signore attende che, giorno per giorno, rispondiamo con i fatti alle sue sante esortazioni.
36. Ed è proprio per permetterci di correggere i nostri difetti che ci vengono dilazionati i giorni di questa vita
37. secondo le parole dell’Apostolo: “Non sai che con la sua pazienza Dio vuole portarti alla conversione?”
38. Difatti il Signore misericordioso afferma: “Non voglio la morte del peccatore, ma che si converta e viva”.
39. Dunque, fratelli miei, avendo chiesto al Signore a chi toccherà la grazia di dimorare nella sua tenda, abbiamo appreso quali sono le condizioni per rimanervi, purché sappiamo comportarci nel modo dovuto.
40. Perciò dobbiamo disporre i cuori e i corpi nostri a militare sotto la santa obbedienza.
41. Per tutto quello poi, di cui la nostra natura si sente incapace, preghiamo il Signore di aiutarci con la sua grazia.
42. E se vogliamo arrivare alla vita eterna, sfuggendo alle pene dell’inferno,
43. finché c’è tempo e siamo in questo corpo e abbiamo la possibilità di compiere tutte queste buone azioni,

**“Storia della Filosofia Medievale”**

**A. A. 2009/2010 – I semestre**

**Corso di Laurea in “Filosofia”**

*corde inenarrabili dilectionis dulcedine  
curritur via mandatorum Dei,*

50. *ut ab ipsius numquam magisterio discedentes,  
in eius doctrinam usque ad mortem in  
monasterio perseverantes, passionibus Christi  
per patientiam participemus, ut et regno eius  
mereamur esse consortes. Amen.*

44. dobbiamo correre e operare adesso quanto ci sarà utile per l'eternità.

45. Bisogna dunque istituire una scuola del servizio del Signore

46. nella quale ci auguriamo di non prescrivere nulla di duro o di gravoso;

47. ma se, per la correzione dei difetti o per il mantenimento della carità, dovrà introdursi una certa austerità, suggerita da motivi di giustizia,

48. non ti far prendere dallo scoraggiamento al punto di abbandonare la via della salvezza, che in principio è necessariamente stretta e ripida.

49. Mentre invece, man mano che si avanza nella vita monastica e nella fede, si corre per la via dei precetti divini col cuore dilatato dall'indicibile sovranità dell'amore.

50. Così, non allontanandoci mai dagli insegnamenti di Dio e perseverando fino alla morte nel monastero in una fedele adesione alla sua dottrina, partecipiamo con la nostra sofferenza ai patimenti di Cristo per meritare di essere associati al suo regno. Amen.

*Explicit Prologus*

**INCIPIT TEXTUS REGULAE**

*Regula appellatur ab hoc quod oboedientum dirigit mores.*

Fine del Prologo

**INIZIA IL TESTO DELLA REGOLA**

Regola è chiamata perché dirige la vita di quelli che obbediscono.

## “Storia della Filosofia Medievale”

A. A. 2009/2010 – I semestre

Corso di Laurea in “Filosofia”

Adesso presentiamo il testo del I Capitolo della Regola, dal titolo “*De generibus monachorum*”. Anche questo primo capitolo, come il Prologo, assolve ad una funzione di preambolo, poiché propone un tema generale (quello della classificazione dei monaci) prima di passare all’argomento proprio della Regola, l’ordinamento della vita comune, come viene annunciato nell’ultimo versetto.

Ho evidenziato (mediante sottolineatura e caratteri in grassetto) le parti del testo relative alla descrizione delle quattro categorie di monaci.

### ***I - De generibus monachorum***

1. *Monachorum quattuor esse genera manifestum est.*
2. *Primum coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula vel abbate.*
3. *Deinde secundum genus est anachoritarum, id est eremitarum, horum qui non conversationis fervore novicio, sed monasterii probatione diuturna,*
4. *qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare,*
5. *et bene exstructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, securi iam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, Deo auxiliante, pugnare sufficiunt.*
6. *Tertium vero monachorum taeterrimum genus est sarabaitarum, qui nulla regula approbati, experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti,*
7. *adhuc operibus servant es saeculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.*
8. *Qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore, non dominicis sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluntas,*
9. *cum quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere.*
10. *Quartum vero genus est monachorum quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur,*
11. *semper vagi et numquam stabiles, et propriis voluntatibus et gulae illecebris servientes, et per omnia deteriores sarabaitis.*

### **I - Le varie categorie di monaci**

1. È noto che ci sono quattro categorie di monaci.
2. La **prima** è quella dei **cenobiti**, che vivono in un monastero, militando sotto una regola e un abate.
3. La **seconda** è quella degli **anacoreti o eremiti**, ossia di coloro che non sono mossi dall’entusiastico fervore dei principianti, ma sono stati lungamente provati nel monastero,
4. dove con l’aiuto di molti hanno imparato a respingere le insidie del demonio;
5. quindi, essendosi bene addestrati tra le file dei fratelli al solitario combattimento dell’eremo, sono ormai capaci, con l’aiuto di Dio, di affrontare senza il sostegno altrui la lotta corpo a corpo contro le concupiscenze e le passioni.
6. La **terza** categoria di monaci, veramente detestabile è formata dai **sarabaiti**: molli come piombo, perché non sono stati temprati come l’oro nel crogiolo dell’esperienza di una regola,
7. costoro conservano ancora le abitudini mondane, mentendo a Dio con la loro tonsura.
8. A due a due, a tre a tre o anche da soli, senza la guida di un superiore, chiusi nei loro ovili e non in quello del Signore, hanno come unica legge l’appagamento delle proprie passioni,
9. per cui chiamano santo tutto quello che torna loro comodo, mentre respingono come illecito quello che non gradiscono.
10. C’è infine una **quarta** categoria di monaci, che sono detti **girovaghi**, perché per tutta la vita passano da un paese all’altro, restando tre o quattro giorni come ospiti nei vari

**“Storia della Filosofia Medievale”**

**A. A. 2009/2010 – I semestre**

**Corso di Laurea in “Filosofia”**

12. *De quorum omnium horum miserrima conversatione melius est silere quam loqui.*
13. *His ergo omissis, ad coenobitarum fortissimum genus disponendum, adiuvante Domino, veniamus.*
- monasteri.
11. sempre vagabondi e instabili, schiavi delle proprie voglie e dei piaceri della gola, peggiori dei sarabaiti sotto ogni aspetto.
12. Ma riguardo alla vita sciagurata di tutti costoro è preferibile tacere piuttosto che parlare.
13. Lasciamoli quindi da parte e con l'aiuto del Signore occupiamoci dell'ordinamento della prima categoria, ossia quella fortissima e valorosa dei cenobiti.

“Storia della Filosofia Medievale”

A. A. 2009/2010 – I semestre

Corso di Laurea in “Filosofia”

In chiusura presentiamo una bellissima immagine: si tratta della riproduzione fotografica di una delle più antiche versioni manoscritte della Regola oggi ancora esistenti. Il manoscritto in questione è il ms. 197 del *Corpus Christi College, Oxford University*: risale al X secolo d. C. L’immagine riproduce la carta 1r.

